

D. Melchiori Aroero.

* De fide catholica
 seu de principijs re-
 ligionis christianae.
 Lutetiae A^o 1597.

Salutem. Percurri hesternâ vespere librum * Serrani. Promittit condiam
 Ecclesiâ in veritate, et plurima speciose, quidam etiam verè, sed omnia
 infidiose disputat, quod dederat dextrâ, rursus auferens sinistra, hoc è, ve-
 ra concessa iterum evertens. Quibus ergo iste Legulejus arridet, illi laque-
 os non vident, nec sciunt, quid sit Repatur; non etiam legerant Bellarmini
 et Jesuitarum disputationes. Quibus fortè etiam recudendus videbatur, ut
 illi potius libros quatuor Bellarmini de verbo Dei scriptis et non scriptis,
 et duos nobis de Concilio recuderent. Si aperte veritatè oppugnarèt,
 minus verò damni darent, quia adversus aperta istius sophismata Eccle-
 sia jam habet solido et solida: adversus hujus insidias nondum habet.
 Dico enim quod qui Bellarminus aperte disputat pro auctoritate Ecclesiæ
 et Pontificis Romæ: quæ Jesuitæ ruper rationibus palam de iudice contro-
 versiarum Pontificis Romano disceptarunt, qui denig Recalvus ille noster
 apostata pro sua apostasia et palam ad omnes, et privati ad me scri-
 psit: eâ iste teste infidiose instillare simplicioribus, et persuadere
 tepidioribus et modicioribus conatur. In controversijs fidei scriptu-
 ram vocat normam veritatis; prophetas et apostolos notarios aut hen-
 cos; Patres interpretes, et sedes veritatis. Rectè et pulchre omnia.
 Sed in controversijs de litera et sententia normæ, hoc è, scripturæ, remit-
 tit nos ad istos interpretes, ad Ecclesiam. Pro iudice controversiarum in
 thronum summum collocat, ut ipse loquar, hæc principia: Antiquitas, cer-
 titudo, et Evidentiâ, communem omnium assensum, et perpetuam successionem.
 Atqui hic iudex revera de throno deiecit ipsam Deum, ipsam scripturam,
 ipsos prophetas et apostolos: collocat in eo Papisticam Ecclesiam, et Papam.
 Hic ipse iudex olim damnavit Christum et apostolos in certamine cum
 iudeis. ubi enim tunc antiquitas, certitudo et evidentiâ, applausus com-
 munis et perpetua successio doctrinæ christi? Nonne pro iudeis pro-
 nunciasset hæc iudex? Sed an hæc principia veritas non habet? An do-
 ctрина Christi non habuit? An doctrina ^{propheta} hodie non habet? Imò
 verè habet. Nam pro doctrina Christi verè militabat antiquitas, cer-
 titudo et evidentiâ, consensus non omnium, sed reconditorum prophetarum,
 et duorum, hoc è, paucorum veritatis testium. Successio denig. Sed larvas
 istorum habebant iudei pro se. Ergo contendebat inter Christum
 et iudeos, qui verè ista principia, istum iudicem pro se haberent.
 Si nostra doctrina revera habet pro se hoc principia: sed larvas
 externas ostentare potest Papatus. De horum veritate hodie discepta-
 tur: scilicet pro nobis, an pro Papatu doctrinæ antiquitas, certitudo,
 consensus electorum, et successio non cathedra, sed fidei orthodoxa.

Neg enim.

Ambros. lib. 1.
cap. 6. de Boer.

Neg enim Cathedra et hereditate Petri habent, qui fidē Petri non habent,
inquit Ambrosius: Luid igitur facit iste, nisi quod dissimulanter Papā in thro-
num contra nos evehit: palam verò vel p̄dior ē p̄dior - Ecclesie obicit:
vel certe laqueos conscientiarū Politicorū injicere conat̄, quos si recipiunt, ne-
cesse erit trahi, quos non volunt. Sed nimis multa. Covita verā verbo meā
tibi enim libro remittere sententiam, ut commoditati primum aliquod haberes.
Bene vale. Rastm. 23. Decembris 1602.

24.

Serenissimo Electori

Palatino Frederico.

Ex Germanico

Serenissime Domine Elector.

Offerimus facultatis Theologiae responsū ad literas à Nationali Synodo
p̄vinciā nuper ad Seren. Celsit. V. missas, in quo sententiā nostrā de controver-
siis quibusdam inter Ecclesias Gallicanas infelicit̄ abortis pro modula gratiā
Domini libere exposuimus, submisit rogautes, quandoquidē res ipsa docet, Ro-
mani Pontificis potentia in Germania, et alibi nullā aliā re fortius capere
valer̄ suū et irremota, quam ab Evangelicorū dissidijs, adeo quidē, ut nisi
illa mature tollant̄ ac componant̄, certo certius doctrinā Evangelicā oppressa
sit sequutura, ut per Seren. Cels. V. Ecclesie Gallicanae ad salutaria compo-
sitionis media tandem arripienda sedulo admoveant̄, si quidē majora mala
à cervicebus suis amoliri cupiant.

Quod attinet ad Ecclesias nostras reformatas in Gallia, Anglia, Germania, Bohemia,
Polonia, et Helvetia, acquiescent illi per Dei gratiā in publicis suis con-
fessionibus. Opus saltem erit, ut in unitate hac constanter permaneamus:
ne quisq; sibi novā et peculiare finiat confessionē: praesertim cum primarij
fidei articuli, in quibus quidem certē haud ferendū, et diversi doctrinā scandalosa
se ^{non} proferant in Ecclesia: tametsi in alijs quibusdā doctrinā capitulis, quae
fundamentū fidei tam prop̄e non concernunt, in hac infirmitate humana mi-
pediri vix possit, quin in scholis ultro citroq; de illis non nunquā disceptetur.
In quibus fortean illam controversiam quoy numerare quæamus, quam D. Pika-
tor, vir ceteroquin pius, & doctus, atq; in fundamentis fidei orthodoxus, ag-
gitare solet de justificationis materia, alijsq; non nullis locis, in quibus
peculiares suas opiniones sequit̄. Neg arbitramur, consuetudine
asperiorebus Synodi literis vim illi turbare, sed sufficere, si nuda confessio
Gallicana ad illum transmittat̄: in qua, ut speramus, facillime acquiescere
poterit, nisi forte offendat articulo XXXVII.

Ceteri vero Evangelii in Germania, qui Lutherani dicuntur, ad concordiam
difficiliter.